# LIBER III

## Quaestio 1

### *Utrum necesse sit ignorato motu ignorare naturam*

Quaeritur consequenter circa *III$^{um}$ librum Physicorum* utrum necesse sit ignorato motu ignorare naturam.

Et arguitur quod non. Quia ARISTOTELES in *II° huius* videtur innuere, quod COMMENTATOR dicit, quod naturam esse est per se manifestum; igitur ad cognoscendum naturam non indigemus alicuius alterius notitia.

Item. Natura est notior motu; et potest cognosci; et ergo potest cognosci sine cognitione motus. Consequentia est satis manifesta. Sed antecedens probatur. Primo per ARISTOTELEM *VII° Metaphysicae*, ubi dicit quod substantia est prior accidente, notitia, definitone et tempore; modo natura est substantia et motus est accidens.

Secundo, confirmatur illud antecedens: quia principiata solent

---

4 consequenter] *om. E T* 4 circa III$^{um}$ librum Physicorum] *om. E* 5 sit] est *C E T V* 5 motu] naturam *scr. C sed del. et s.v.* motu *add.* 6 Et] *om. E C* 6 arguitur] primo *add. C E* 7 quod$^{1}$] et *C E T* 7 Commentator] expresse *add. E C* 7 est] *om. T* 7/8 per se manifestum] *iter. E cum* et etiam *ante locutionem* 8 manifestum] et quod est per se manifestum non indiget prima notitia alicuius *(om. C)* alterius *add. C T* 8/9 igitur ad cognoscendum naturam non indigemus alicuius alterius] non indiget praevia notitia alicuius alterius, igitur ad hoc cognoscendum naturam non indigemus *E* 9 alicuius alterius] *om. C T* 9 notitia] motus *C*; motus *add. E T*; motus *add. V sed del.* 10 et$^{1}$] non *add. E T V* 10 et$^{1}$ post cognosci] *om. E* 10/11 et$^{2}$ ergo potest cognosci] *om. C* 10 et$^{2}$ ergo] igitur *E T* 11 est satis] *om. C* 12 probatur] *om. C* 13 quod substantia est] substantiam *T* 13 prior] *om. V* 14 modo] et modo *C* 14 et motus] motus autem *T* 14 est$^{2}$] *om. C T* 15 Secundo confirmatur] *inv. C* 15 antecedens] accidens *T* 15 principiata] principia *T* 15 solent] sunt innata *C E*

4 ARISTOTELES, *Physica*, III, 1, 200 b 14-15.
6 ARISTOTELES, *Physica*, II, 2, 193 a 4-5.
7 AVERROES, *In Physicam*, II, 86$^{rb}$, comm. 2, D 5-11.
12/13 ARISTOTELES, *Metaphysica*, VII (Z), 1, 1028 a 32-34.

cognosci per sua principia, ut habetur *I°* *huius*; igitur principia sunt F.C. 60ra notiora | suis principiatis; et, cum natura sit principium motus, ideo ipsa est notior.

Et confirmatur tertio per ARISTOTELEM *VII° Metaphysicae* dicentem quod, sicut res se habet ad esse, ita ad veritatem sive ad notitiam; modo natura est prior in esse; igitur et in cognosci.

Item, ad principale arguitur sic. Si natura non posset cognosci sine motu, sequitur quod oportet intelligi motum esse naturam, et F.T. 42va sic oportet simul plura intelligere; modo hoc est † impossibile secundum ARISTOTELEM *II° Topicorum*, ubi dicit expresse quod contingit plura scire sed unum subiectum intelligere, et *IV° Metaphysicae* dicitur quod «qui non unum intelligit nihil intelligit»; igitur.

F.E. 15rb Item. Natura potest esse sine motu, ut // natura terrae; et similiter potest cognosci sine motu. Et confirmatur, quia, sicut natura est principium motus, ita principium quietis: et patet per eius definitionem; igitur, sicut potest cognosci per motum, ita potest cognosci per quietem et sub quiete; igitur non est necesse quod, si ignoratur motus, quod ignoretur natura.

---

16 habetur] in *add. E* 16 principia] principiata *T* 17 cum] tamen *C* 17 sit] est *C E T V* 18 VII°] II° *E* 19 Et] *om. C* 19/21 Et confirmatur... cognosci] *om. T* 19 VII°] II° *C* 20 se] *om. C* 21 modo natura... cognosci] *om. V* 22 posset] potest *T* 23 sequitur] sequeretur *E* 23 oportet] oporteret simul *E*; oportent *T* 23 intelligi] similiter intelligeri *C*; intelligere *E* 23/24 intelligi motum... oportet] *om. T (hom.)* 23 esse] et *E* 24 oportet] oporteret *C E* 24 simul] *om. C* 24 intelligere] motum et naturam et sic oportet simul plura intelligere *add. T* 25 secundum] per *C* 25 II°] IV° *C E V (II° est in T)* 27 non unum] *inv. C* 27 intelligit[1]] *om. C* 27 nihil] non plura *E* 29 Natura] *om. T* 29 ut] *iter. E*; Et hoc confirmatur *add. T sed del. et exp.* 29 et] igitur *C E* 29 et similiter] consimiliter *T* 30 potest] posset *T* 30 Et] hoc *add. T* 30 natura] *om. E* 30 est] *om. T* 31 ita] est *add. C E*; sic est *T* 31 et] ut *C E T* 32 per motum, ita potest cognosci] *om. V* 33 igitur] ergo *C* 33 quod] *om. C T*

16 Cf. ARISTOTELES, *Physica*, I, 4, 187 b 10-11.
19 ARISTOTELES, *Metaphysica*, VII (Z), 1, 1028 a 35-36.
25 ARISTOTELES, *Topica*, II, 10, 114 b 34-35.
26/27 ARISTOTELES, *Metaphysica*, IV (Γ), 4, 1006 b 10.

Oppositum dicit ARISTOTELES in *III° huius*.

In ista quaestione sunt multae difficultates logicae et naturales. Sed primitus ab ista quaestione removeamus cognitionem qua Deus intelligit et loquamur solum de notitia humana.

Tunc est primo notandum quod multum differunt istae duae propositiones: *necesse est ignorato motu ignorare naturam*, et: *ignorato motu necesse est ignorare naturam*. Sunt enim ambae modales, sed prima solet vocari composita, et secunda solet vocari divisa. Et est sensus primae quod haec propositio est necessaria: *ignorato motu, etc.*; et sensus secundae est quod, si motus ignoretur vel quando motus ignoratur, necesse est quod ignoretur natura.

Et statim dico ||| pro prima conclusione quod secunda dictarum propositionum est manifeste falsa, quia ignorari naturam est simpliciter contingens, et ideo nunquam est necessarium, et etiam ignorari motum est contingens et possibile; modo ponitur quod propter positionem possibile est esse nullum quod est mere contingens est necessarium; igitur in quocumque ignoraretur motus, non propter hoc esset necesse ignorare naturam, immo semper maneret contingens: *natura ignoratur*. F.V. 36[ra]

Ideo restat difficultas de prima propositione de qua etiam in

35 III°] principio *C T* 35 III° huius] tertii *add. C*; *inv. E* 36 difficultates] et *add. C E T* 37 ista] illa *T* 37 qua] quia *T* 38 loquamur] loquimur *T* 38 solum] de natura humana seu *add. T* 38 notitia] cognitione *C* 39 istae] illae *T* 40 ignorare] ignorari *C* 40 et] *om. V* 41 ignorare] ignorari *C* 41 enim] *om. T* 43 primae] primus *E* 44 etc.] ignoratur natura *C*; ignorare naturam *E* 44 et sensus] sensus autem *C E T* 44 secundae] secundus *E* 44 quod] *om. C* 45 quando] *om. T* 45 ignoratur] *s.v. T*; igitur natura *add. T* 46 pro] quod *T* 46 secunda] secundo modo *C*; secundum *T* 47 falsa] scilicet pro secunda *add. T* 47 ignorari] ignorare *E T* 48 ideo] et *T* 48 est necessarium] *inv. T* 48/49 etiam ignorari] *inv. V* 49 ignorari] ignorare *T* 49 motum] modum *V* 49 ponitur quod] *om. C E T* 50 possibile] possibilis *C* 50 est[1]] *om. C T* 50 esse] inesse *C T* 50 nullum] nunquam illud *C E T* 50 est[2]] esset *E* 51 igitur] ideo *T* 51 in quocumque] quantumcumque *C E T* 51 non] *om. E* 52 esset necesse] necesse est *E* 52 necesse] *om. T* 52 semper] hoc *add. C T*; et *add. E* 53 maneret] manere et *E* 53 ignoratur] ignorato *C* 54 propositione] quaestione *E* 54 de] etiam de *E* 54 etiam] *om. E* 54 in] a *C*

35 ARISTOTELES, *Physica*, III, 1, 200 b 14-15.

# LIBER III

## Quaestio 1

### *Utrum necesse sit ignorato motu ignorare naturam*

Quaeritur super *III° Physicorum* primo utrum necesse sit ignorato motu ignorare naturam.

Arguitur quod non. Quia in *II° huius* dicit ARISTOTELES naturam esse est per se manifestam; et huiusmodi non indiget ad sui notitiam: non enim praevia alicuius alterius.

Secundo. Sicut natura est principium motus, sic etiam quietis; ergo, sicut natura potest cognosci per motum, ita etiam per quietem, et sic sine motu.

Tertio. Quod potest esse sine motu, potest etiam cognosci sine motu: sicut enim res est, sic potest cognosci; sed natura potest esse sine motu, ut natura terrae quiescentis; ergo.

Quarto. Effectus est natus cognosci per suam causam ex *prooemio huius*; ergo motus est natus cognosci per naturam, cum natura sit causa motus, et per consequens natura est notius motu; sed quod est notius, potest cognosci sine eo quod est minus notum.

Quinto. *II° Metaphysicae* dicitur eadem sunt principia essendi et cognoscendi; sed motus non est principium essendi naturae, immo e converso; ergo motus non est principium cognoscendi naturam; ideo ad cognoscendum naturam non oportet cognoscere motum.

Sexto. *VII° Metaphysicae* dicit ARISTOTELES: substantia est prior accidente, notitia, tempore et definitione; cum ergo natura sit substantia, motus vero accidens, sequitur quod natura est prior motu secundum notitiam; ergo.

---

4 sit] est *M*  12 etiam] et *add. M*

4 ARISTOTELES, *Physica*, III, 1, 200 b 14-15.
6 ARISTOTELES, *Physica*, II, 1, 193 a 4.
19 ARISTOTELES, *Metaphysica*, II (α), 1, 993 b 31.
24 ARISTOTELES, *Metaphysica*, VII (Z), 1, 1028 a 32-33.

Septimo. Tunc oporteret simul plura cognoscere, scilicet naturam et motum; quod est falsum per ARISTOTELEM *I°* *Topicorum*, <ubi dicitur> quod «non contingit plura scire, sed unum solum intelligere»; similiter in *IV° Metaphysicae*: «qui non unum intelligit, nihil intelligit».

Oppositum dicit ARISTOTELES in principio *huius III*$^{i}$.

Nota hic quod refert dicere: *necesse est ignorato motu ignorare naturam*, et dicere: *ignorato motu necesse est ignorare naturam.* Prima est composita, et est sensus quod haec est necessaria: *ignorato motu ignoratur natura*, et haec est dubia. Secunda est divisa, et ista est simpliciter falsa. Quia, quocumque possibili posito in esse, nunquam propter hoc fit necessarium illud quod est mere contingens; sed pure contingens est quod ignoretur natura; ergo, quantumcumque ignoretur motus, tamen non est necessarium quod ignoretur natura. Ideo haec est simpliciter falsa in sensu diviso, verbi gratia: licet nullus modo cognosceret motum, tamen possibile est quod postea cognoscat et motum et naturam, ideo non est
F.M. 27ra necessarium ignorare naturam, immo / etiam haec esset falsa: *ignorato motu necesse est ignorare motum*, quia, si ignoretur motus, non propter hoc de necessitate ignoratur, immo contingenter.

Secundo. Nota quod hic terminus *ignoto* est terminus privativus, privative oppositus huic termino *cognosco*; ideo in isto termino *ignoro* implicatur negatio privativa. Ex quo sequitur quod, si dico: *ignoro motum*, vel: *ignorato motu*, iste terminus *motum* vel *motu* distribuitur virtute negationis precantis, sicut si dicerem: *non cognosco motum*, vel: *non cognito motu*; sed, si dico: *motu ignorato*, motus ibi non distribuitur.

Tertio. Nota quod praedicatum appellat formam. Ideo, sicut alias dictum est, terminus sequens istud verbum *cognosco*, scilicet qui regitur a praedicto verbo, appellat rationem secundum quam significat illud quod significat; quod non esset, si praeponeretur illi

---

30 ubi dicitur] *suppl.*

29/31 ARISTOTELES, *Topica*, II, 10, 114 b 34-35.
31/32 ARISTOTELES, *Metaphysica*, IV (Γ), 4, 1006 b 10.
33 ARISTOTELES, *Physica*, III, 1, 200 b 14-15.

# LIVRE I

## *La connaissance scientifique d'un causé dépend-elle de la connaissance de ses causes*

Ensuite, on se demande si la connaissance scientifique d'un causé dépend de la connaissance de ses causes.

*Les objections.* Et on argumente premièrement que non. La connaissance scientifique d'un causé n'est pas possible pour nous; donc la question est fausse. La conséquence se tient. L'antécédent est prouvé, car la connaissance scientifique de quelque chose se réalise lorsqu'il n'y a plus de doute ou d'hésitation en sens contraire à propos de cette chose; or une telle connaissance nous est impossible à propos d'une chose, car aucune chose ne peut être connue autant qu'elle est connaissable.

Deuxièmement. Si la connaissance scientifique d'un causé dépendait de la connaissance de ses causes, cela ne serait possible qu'en comprenant par *causé* une conclusion connaissable et par *causes* les prémisses, ou bien en comprenant par *causé* une chose qui n'est pas un signe et par *causes* de la même façon quelque chose qui n'est pas un signe. <Or> on ne peut pas admettre le premier cas, car ce qui est su, ce n'est pas la conclusion mais la chose signifiée, et aussi parce que les prémisses ne sont pas les causes de la conclusion, puisqu'il est possible d'avoir une conclusion sans que les prémisses existent (c'est la raison pour laquelle les prémisses ne sont pas les causes de la conclusion). On ne peut pas admettre non plus le second cas, car si on entend par *causé* une chose qui n'est pas un signe, par exemple, un homme ou une pierre, <on doit dire que> cette chose n'est pas objet de savoir. Cela est prouvé, car rien n'est connaissable que ce qui est démontrable; or un chose n'est pas démontrable, car elle n'est ni ne peut être la conclusion d'une démonstration.

Troisièmement, dans le même sens. Si la question était vraie, la connaissance scientifique d'un causé dépendrait d'elle-même; or cela n'est pas acceptable. La conséquence est prouvée, car la con-

naissance des causes dépend de la connaissance des effets; si donc la connaissance d'un causé dépendait de la connaissance des causes, elle dépendrait d'elle-même, car tout ce qui est cause de cause est cause de causé; donc, si la connaissance des causes était la cause de la connaissance d'un causé, il s'ensuivrait, puisque la connaissance d'une cause est la cause de la connaissance d'une cause, que la connaissance du causé serait connaissance d'elle-même, et ainsi la même chose dépendrait d'elle-même et serait cause d'elle-même.

Quatrièmement. Si la question était vraie, il s'ensuivrait qu'il y aurait circulation dans les connaissances; or cela est faux. La fausseté de cette assertion est évidente, car alors la même chose serait <à la fois> plus connue et plus ignorée par rapport à un seul et même objet. Et la conséquence est prouvée, car la connaissance d'une cause est la cause de la connaissance d'une cause, puisque selon ARISTOTE dans la *Physique* elle nous est plus connue; donc, si inversement la connaissance d'une cause était la cause de cette connaissance, il s'ensuivrait une certaine circulation.

Cinquièmement. Si la question était vraie, alors des choses plus connues seraient connues par des choses moins connues; or cela est faux. Fausseté évidente, car il y aurait pétition de principe. La conséquence est prouvée, car un causé nous est plus connu que ne l'est une cause: ARISTOTE, en effet, dans un passage <de la *Physique*>, dit que l'effet nous est plus connu <que la cause>.

Sixièmement. Si la question était vraie, il s'ensuivrait que la connaissance du causé se produirait aussitôt que la connaissance des causes serait acquise; or cela est faux. Fausseté évidente, car quelqu'un peut connaître les causes d'un effet sans connaître cet effet dont celles-ci sont les causes: bien, en effet, qu'il connaisse ces causes, il se peut cependant qu'il ne connaisse pas que ces causes sont les causes de ces effets.

***En sens contraire.*** ARISTOTE semble se situer à l'opposé dans le préambule de cet ouvrage; et il en va de même pour les COMMENTATEURS.

***La solution***. Dans cette Question, il faut voir en premier lieu si un «sachable» ou un connaissable peut nous être connu autant qu'il

| BRUGES MS. 477 | SECUNDA LECTURA (CHIGI E. VI 199) |
| --- | --- |
| *Q. 14 Utrum definitio fortunae sit bona, scilicet fortuna est causa per accidens extra semper et frequenter secundum propositum, etc.* | *Q. 7 Utrum definitio fortunae sit bona in qua dicitur quod fortuna est causa per accidens extra semper et frequenter secundum propositum eorum quae propter hoc sunt.* |
| Q. 15 Utrum aliquid fiat a casu et a fortuna. | |
| *Q. 16 Utrum casus et fortuna reperiuntur in contingentibus aequaliter.* | *Q. 8 Utrum casus et fortuna reperiantur in contingente ad utrumlibet vel solum in contingente in paucioribus.* |
| *Q. 17 Utrum natura intendat producere monstrum.* | *Q. 9 Utrum natura producens monstrum intendebat illud.* |
| *Q. 18 Utrum in dispositionibus et operationibus naturalibus necessitas sit ex fine vel ex materia.* | *Q. 10 Utrum in omnibus dispositionibus naturalibus proveniat necessitas ex fine et ex materia.* |
| LIBER III | LIBER III |
| *Q. 1 Utrum ignorato motu necesse sit ignorare naturam.* | *Q. 1 Utrum necesse est ignorato motu ignorare naturam.* |
| *Q. 2 UTRUM DEFINITIO MOTUS SIT BONA, SCILICET MOTUS EST ACTUS ENTIS IN POTENTIA SECUNDUM QUOD IN POTENTIA.* | |

| CESENA-TOULOUSE (S. VIII. 5) | ULTIMA LECTURA (VIENNE 5424) |
|---|---|
| ***Q. 8 Utrum definitio fortunae sit bona qua dicitur: fortuna est causa per accidens.*** | ***Q. 9 Utrum definitio fortunae sit bona in qua dicitur: fortuna est causa per accidens.*** |
| **Q. 9 UTRUM CASUS ET FORTUNA SINT CAUSAE AGENTES.** | **Q. 10 UTRUM CASUS ET FORTUNA SINT CAUSAE AGENTES.** |
| ***Q. 10 Utrum casus et fortuna reperiantur in contingente ad utrumlibet vel solum in contingente ut in pauciorbus.*** | ***Q. 11 Utrum casus et fortuna reperiantur in contingentibus ad utrumlibet vel solum in contingentibus ut raro sive ut in pauciorbus.*** |
| ***Q. 11 Utrum producens natura monstrum illud intendat.*** | ***Q. 12 Utrum natura producens monstrum intendat monstrum.*** |
| ***Q. 12 Utrum in dispositionibus naturalibus necessitas proveniat ex fine vel ex materia.*** | ***Q. 13 Utrum in operationibus naturalibus necessitas proveniat ex fine vel ex materia.*** |
| LIBER III | LIBER III |
| ***Q. 1 Utrum ignorato motu necesse sit ignorare naturam.*** | ***Q. 1 Utrum necesse sit ignorato motu ignorare naturam.*** |
| *Q. 16 UTRUM DEFINITIO MOTUS SIT BONA QUA DICITUR: MOTUS EST ACTUS ENTIS IN POTENTIA SECUNDUM QUOD IN POTENTIA.* | |